

XXII
27
Sacra Augusta

HOC EST:

SOLEMNIS ET AUGUSTA
IN ARCHIEPISCATUM MAGDE-

burgensem introductio die Luciae Anno 1638.

Halæ feliciter peracta,

REVERENDISSIMI, CELSISSIMI ET

Florentissimi Principis ac Domini,

Domini

AUGUSTI

PRIMATIS GERMANIÆ,

ARCHIEPISCOPI MAGDEBURGENSIS,

Ducis Saxoniae, Juliae, Cliviae, Montium, Marchionis

Misniae, Landgravij Thuringiae, Burggravij Magdebur-

gensis, Comitis de Marca & Ravensberg,

Domini in Ravenstein,

In novi imperij felix auspicium

ET

Debitæ gratulationis signum,

Metro heroico exposita

M. JOHANNES Heidenreich / W. N. P.

TYPIS ANDREÆ BEZELII, Magdeburg:

ANNO M. DC. XXXIX



Astrum erat antiquum Meitzibo nomi-
ne dictum,

Quod Longobardi fato tenuere coloni.
Carolus at Magnus Romani quando Mo-
narcha

Imperij claris nostri regnavit in oris,
Construit ille urbem & *Magdurgum* no-

Post natum purâ Maria de virgine Christum (mine honorat
Cum septingentis annis sunt lustra bis octo.

Nunc vero Divûm sacris insignis habetur:

OTHO nam *Magnus*, Cæsar ter maximus immo

Hic posuit templum Dominoq; DEOq; potenti

Am sanctum, donis opulentum, arisq; celebre

Atq; in MAURITI divi hoc fundabit honorem,

Quod gerit officium nunc *Archiepiscopus* urbis

Parthenopes, atq; huic Rex prudens maxima quævis

Ingenia atq; viros miro candore fideq;

Pollentes queis rarus honos, rarissima virtus,

Addidit, atq; illis fidei commisit habenas,

Saxonix ut populos truncos & robore natos

Queis neq; mos neq; cultus erat, nec jungere tauros

Aut componere opes nôrant, aut parcere parto,

Relligione pia, virtute & moribus æquis

Instruerent & monstrarent ad cælica portum,

Hos si fata suis passi essent ducere vitam,

Auspiciis & sponte sua componere curas,

Heu quorsum evasura forent conamina eorum?

OTHO idem primus primò addit Episcopo acutû

Jus gladij, ut populos, qui sunt virtutis amantes,

Corpore tutatos habeat, portumq; ministret;

E

E contra genus indomitum, populosq; feroces,
Caucasus emisit duris quos cautibus horrens,
Ad pœnas rapiat, quod si malefacta sequentur
Amplius, è medio tollat, ne morbida totum
Facta pecus vitij scabieq; infestet ovile.
Sic nam consilio certo moderator olympi
Sancivit sacris cohibendum legibus orbem,
Saxonix populi ne passim more ferarum,
Sedes incertas qui habitabant atq; colebant,
Errarent, & sponte sua quæq; impia facta
Furta velut clades, raptus cædesq; patrarent.

At quid prava cohors molitur, stoica nempe
Gens, ore incauto dum somnia talia fingit:
Est status humanus quem consiliove fideve
Temperat haut Dominus, curæ non acta virosum
Sunt ipsi istorum, *hos casu contingere certum est*

Absque DEI nutu, Superi non talia curant.

Cernis ut in genere hoc hominum regnent vige-
Vana superstitio, & veris contraria sacris (antq;
Sacra; atq; in templis clamantes, cernis & istic
Alba in veste caput rubeâ velare calyptra:

Cernis ut his venterque suus curetur, & ut nil
Præter segnitiam, præter vacua otia quærant.

At quæ relligio? quis cultus numinis alti?

Quæ fidei ratio? quæ vitæ cura popello?

Heu quotus illorum quotus heu curare laborat?

Falleris at nimium, *vitium non ordinis hoc est,*

Sed personarum, quod vivitur ordine in isto;

Hæc facit Ausony vulgus, devota Baalis

Turba, quibus ludunt totum mundû corybantes;

Hæc virtutis egens luxuq; potentior ætas
Perficit & raro veterum laudata laborat
Acta sequi; ali non hoc primis Heroibus olim
Mentis erat: scimus præscos ex ordine iusto
Electos Dominos, quos Parthenopyrga recenset,
Non illis hoc mentis erat: *tua ovilia Christe*
Furibus infestis dare dilaceranda lupisq;.

Interea studio DEUS ipse hominesq; hominumq;
Res fovet, adjutans feliciter acta laborum,
Non etenim, ut fingunt deliria stoica, *Casu*
Res fiunt, sed jure DEI, licet infimus ordo
Nascitur, nec quisquam baculum sceptrumve tuetur
Appulsus casu, non fors variabilis ulli
Detulit imperiûm; sic hæc *humana potestas*
Complacito superum nutu disponitur arcuè.
Romani Imperij status est atq; ordo salubris.
Jure Magistratus Reverendus Episcopus audit
Cæsaris, & Cathedra Domini moderante Decano.
Consilio hi celebres Patriam tutantur & omnes
Et se fortunasq; suas, Collegia, Leges
Defendunt, nutu illorum Respublica salva est.
Imperij DEUS est hujus fundator & autor,
Excitat ipse viros, quos experientia rerum,
Illustres dedit, his *baculi* decernit honores
Non ergo casu; ceu somnia stoica fingunt,
Quis tenet imperiûm baculumq;, & jura ministrat.

Ingenuè vero Proceres cum Præsule summo
Mandati memores Domini decet esse, proinde
Quæ sunt officij partes, quæ munia ab ipsis
Altitonans poscit? primum curaq; fideq;
Templa Dei foveant, nec non pia recta scholarum,

Protinus horrendos aboleri funditus omnes
Intendant cultus, tollantq; idola Deorum
Horrida, queis superum Rex magno incenditur
Et populum vera de religione doceri (æstu,
Constituant, precibus ne numina vana colantur.

Hinc summus Præsul servet pia jura Tonantis
Et crebro populis moralia jura retractet.

Porro monstrosas gentes populosq; feroces,
Qui sacras, quas ipse tulit Deus æthere, leges
Somnia vana putant, nec cælica jura verentur,
Supplicio duro erudiant & corpore plectant,
Quos pater omnipotens animâq; & corpore tandē
Fulmine turbatus stygias detrudet ad undas.

Præsulis est quarto proprias justo ordine Leges
Legibus adjungat Divum, quæ congrua man-
Facta viris, nec non civilia munia poscant; (dent
Nec sint figmentum, nec fabula vana putentur,
Sed pœnas reprobis duras lipientibus addant;
Nec sit lex horum sacræ contraria Legi,
Dogmata nequaquam nova condant forsan ad aras
Sive novos fingat ritus cultusq; Deorum.

Tandem sit custos Pacis, studioq; fideli
Prospiciat populo, Baculi qui flectit habenas:
Subjectas tutetur opes & corpora gentis
Ut tueatur ovans pullos gallina sub alis
Utq; avis, haut unquam pullos quæ deserit albos,
Sed pro dilectis studiosa implumibus ipsa
Evolat & victum miseris parat: haut secus ipse
Erga subjectos patrio tangatur amore,
Finibus & sævos depellat fortiter hostes,

Hæ sunt officij partes, hæc munia, poscit
Que Deus à cunctis, flectunt qui Ecclesiæ habenas.
Hæc ubi præstabunt studio curaq; fideli
Virtutem Deus adjunget, placidoq; favore
Cuncta pericla regens cursum dabit ipse secundū.
Interea sævos multâ vi conteret hostes
Vasa velut figulus conculcat devia plantis.
*Sic reget afflictas contritis hostibus urbes,
Sic erit imperium felix, Ecclesia felix,
Sic erit in tuto regimen, civēsq; fruuntur
Sorte sua tuto, quam fata dedere secunda.
Alter ab alterius sic vinclis, nexibus arctis
Partibus hærebit, jungentur pectora firmo
Fædere amicitia, sibi mutua dona ferentes:
Sic pascet tuas dulcis Concordia mentes.*

Id vidisse licet, (supero laus alma Tonanti)
Parthenopes miseris jam nunc contingere in oris.
Nam summo Domino sic hæc Ecclesia curæ est
Divi Mauriti, hanc auget, sævisq; procellis
Hanc studet arcere atq; hostes infringere tentat
Stigmata sacra sui dat verè agnoscere verbi,
Dat populum vivâ de religione doceri,
Dum novus *Electus* nunc *Archiepiscopus* urbis
Parthenopes afflictæ *Augustus* nomine clarus
Germano in regno *primas*, dux sanguine SAXO
Ingressus portas *Hale* ut pia sceptrâ gubernet.

Gaudete ô Cleri, nunc rectè Ecclesia vestra
Consilij frondescit, nunc frondescet & almæ
Virginis ambustum sertum atq; Ecclesia viver,
Eximiâ Altitonans cujus cum præfule magno
Laude viros meritis claros præfecit habenis.
Interea firmo & conjuncto fædere *Cleri*

Sponte

Sponte sua officium facient atq; acta capeſſent
Muneris, & flectent Dominorum ad lumina vultus,
Tunc fyrtes scopulosq; altos atq, horrida ſaxa
Vix præter vecti, littus tetigere carina
Et tutam vivent tranquilla per otia vitam.

Gaudete *ô Populi*, ſemper gaudete *Coloni*,
Gaudete *ô Cives*, tantarum in munera laudum,
Cingite fronde comas, tristesq; abrumpite curas,
Suave DEO reſonate melos, date munera laudum
Carmina Reſtori ſublimia pangite Divûm,
Poſt varias curas nunc patria terra vigebit.

Magdurgense ſolum, ſemper lætare, triumphat:
Namq; tibi novus ecce tibi modo ſidere fauſto
Eſtq; dat, Princeps, quem Chriſti æterna voluntas
Vult tibi præfectum, rerum ut modò ſceptra mi-
Qui novit verè & laxis dare mitis habenas (niſtret,
Et premere, ut rerum quadrans expoſtulat ordo;
Arbiter eſſe æqui poterit manſuetus & æquus
Cuiq, ſuum reddens & commoda munia poſcens:
Qui regimenq; bonum dedicit prius, ut queat
Aptius imperij fines & muneris acta (inde
Felici tractaſſe manu, qui haut nomine vano
Seu titulo falſo nunc malit *Episcopus* eſſe
Sed qui revera *Antistes* nunc dicier aptè
Expetit en populi & cleri, qui dogmata verbi
Promovet & ſanctè *baculi* moderatur habenas,
Quis dubitabit iners, quin junctis moribus æqui
Juſtitiaq; Fideq; ſimul placidoq; Favore
Imperij AUGUSTUS ſit tutaturus honores?
Quis dubitare auſit, quin læti Præſulis acta

Omine

Omne cuncta sient tandem casura secundo.

Deniq; quod superest tibi nunc, Celsissime Præ-
Gratulor, Imperioq; tuo precor omnia fausta (sul,
Vilia respicias Musarum hæc, optime Princeps,
Munera, contendo, conatus respice parvos,
Faxis ut amsanctè teneas *Ecclesie* habenas

Parthenopes, summi Templi comitante Seuatu,
Hocq; agites meliore animo noctuq; diuq;
Emendare malum cogites, & sic ope vera

Cladem arcere hominumve amplas inhibere rapi-
(Dy talem nostris terris avertite pestem!) (nas

Atq; in pace regas populum, pax optima rerum,
Pace viget sincera fides atq; omnia rident,

Lætitiæ incolumes edunt nova signa coloni,
Lætitiæ pompam sic quælibet arbor adauget;

At ubi succedunt sævi certamina Martis,
Optima quæq; ruunt, in pejus cuncta feruntur,

Impia colluvies nebulonum sacra profanat
Et viduar victu fex hæc scelerataq; amictu.

Ah satis est stygios effracto Acheronte cohortes
Hactenus in nostris terris vixisse misellis,

Ut miseri passim lugent sua fata coloni,
Faxis ut imperium tuearis legibus æquis

Imponendo reis pœnas & præmia justis.

Sic DEUS omnipotens princeps æquisissimus ille
Quando salutiferam attollet cava buccina vocem,

Dulcia concedet nitidi consortia olympi
Æternæq; tibi vitæ dabit ipse coronam.

F I N I S

Cl 1926

ULB Halle 3
001 556 118




Stk. 6 = Handschrift

Sb.

Paul Friedrich
Buchbindereimeritor
Merseburg a. S.

1017







Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
 Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

B.I.G.

Farbkarte #13

Blue	Black
Cyan	3/Color
Green	White
Yellow	Magenta
Red	Red
Yellow	Magenta
Green	Red
Cyan	Yellow
Blue	Green

Augusta

EST:

AUGUSTA

ATUM MAGDE-

burgense Luciae Anno 1638.

peracta,

CELSISSIMI ET

incipis ac Domini,

ni

USTI

GERMANIAE,

MAGDEBURGENSIS,

Montium, Marchionis

Burggravij Magdebur-

gica & Ravensberg,

ventstein,

ix auspicium,

onis signum,

o exposita

denreich / W. N. P.

ZELII, Magdeburg:

XXXXV